



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Testimonia quædam contra nostram sententiam allata explicantur. c. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

explicatur
de prima &
secunda gra-
tia. Mat. 13.

vendit vniuersa, quæ habebat, vt agrum emer-
ret; quæ insinuat prima gratia, quæ est vere ab-
scondita, sicut etiam thesaurus, qui cum nō quæ-
ratur, inopinate inueniri solet: ita enim & prima
gratia inuenitur à non quærentibus, vt in Conci-
lio Arausico. canone illo 3. definitur. Quemadmo-
dum autem inuento thesauro homo prudens om-
nia sua bona vendit, vt agrum emat, & thesau-
ro potitur; sic etiam qui gratia Dei excitatur,
omni sollicitudine ei consensum præbere debet,
vt ea ditari possit. Altera parabola est hominis
quærentis iam margaritas, qui labore, & industria
eas tandem inuenit, & vendit omnia, vt vnā
sibi compararet. Hac verò denotatur nobis se-
cunda gratia, quæ iam datur orantibus, & quæ-
rentibus, sed ex alia priori gratia: hac autem inuen-
ta eodem modo nos sollicitos esse oportet, vt di-
tiores indies efficiamur. Recte igitur Aug. dixit
quædam dona præparari non orantibus, alia ve-
ro non nisi orantibus donari.

Non sunt
frustra ex-
hortationes
& correptiones
ne.

De exhortatione vero dicit Aug. ca. 13. non
esse frustra, quia licet illi non obediant, qui non
habent aures audiendi præparatas à Domino,
multi tamen audiunt, qui eas à Domino, vt au-
diant, habent dispositas: non est ergo frustra ex-
hortatio: Deus enim sæpius media ipsa exhorta-
tione aures cordis interius aperit, vt homines
audiant, & obediant. De correptione idem cen-
set; est enim eadem ratio.

137.
Nota egregia
Aug. doctrin.

Subiungit tamen cap. 15. non propterea quod
aliqui in segnitiam, & desperationem veniant, à
predicatione veræ doctrinæ cessandum esse,
quando ex nostro silentio alij suboriuntur erro-
res: qualis est ille, quod gratia Dei secundū me-
rita nostra, & ex aliquo nostro initio prædestine-
tur. Id quod eleganter ipse prosequitur, docetq;
eadem fere incommoda vulgo contingere, cum
de præscientia Dei agitur, nempe quod frustra o-
remus, frustra corripiamur si tandem illud solum
futurum est, quod Deus præsciuit: ob id tamen
pati non debemus errorem aliquem de præscien-
tia doceri. Quomodo vero caute populus hanc
doctrinam docendus sit, cap. 22. optime declarat.
Denique cap. 17. contra Massilienses retorquet
argumentum: quia sicut ipsi exhortantur ad ca-
stitatem, quam ex nobis esse fatentur, nihilomi-
nus negare nequeunt, illam à Deo præsciri, imo
etiam prædestinari (intelligit communi prouiden-
tia, non gratiæ) ita etiam nos exhortari pos-
sumus homines ad id, quod diuina gratia præde-
stinatum esse docemus.

Vltima Mas-
silien. obiectio
contra Aug.
Conc. Valen.
Conc. Arus.

Postremo denique Galli notabant Augusti-
num, quod diceret, aliquos à Deo prædestinari
ad malum, nec omnes habere vnde saluari possint
quod est impium, & damnatum in Concilio Va-
lentino sub Lothario Imperatore ca. 3. & Arausi-
cano 2. cap. 25. verum hoc manifeste Massilien-
ses impouerunt Augustino, vt testatur ipse lib. ad
articulos sibi falso impositos art. 11. aut potius
Prosper, qui creditur auctor illius libri, & Fulgen-
tius lib. 1. ad Monimum cap. 30. à qua calumnia con-
tra Gallos ipsum defendit idem Prosper in libro ad
capitula Gallorum ad t. 5. & 6. dubium & quidem in
August. certissimum est nullum à Deo prædesti-
natum esse ad peccandum, sicut multi ad creden-
dum, & iuste viuendum prædestinantur. Quod
vero lib. de corrept. & grat. cap. 7. dicit Indam
electum ad opus, cui congruebat, scilicet ad effun-

Fulgent.
Prosper.
138.

August. à ca-
lumniā vin-
dicatur.

dendum sanguinem Christi, sano modo, hoc est
permisive, debet intelligi. Secundo nūquam
Augustin. docuit homines ad penam, & suppli-
cium destinari ab æterno, nisi ex illorum culpa
præuisa, vt disp. 95. ostendimus. Tertio, an dixe-
rit, aliquos propter ingratia peccata in aliqua sue
vitæ periodo ita destituti, vt tunc careant auxilio
sufficienti, quo peccata vitata possint, apud Augu-
stine difficile est, & disput. 97. à nobis examinan-
dum. Certo tamen constat nunquam August. di-
xisse id, quod Massilienses ipsi imputarunt, vide-
liet Deum aliquos sine ipsorum culpa, auxilio,
& remedio destituisse.

CAPVT XVIII.

Testimonia quadam contra nostram sententiam
allata explicantur.

Contentundum adhuc nonnulli, testimonijs
Scripturæ & Patrum probare causam ex no-
bis nostræ prædestinationis, & gratiæ. Primum
testimonium est Math. 25. ex parabola illa homi-
nis, qui proficiscens distribuit varia talenta famu-
lis suis, non quidem absolute, sed (vt ait Christus)
vnicuique secundum propriam virtutem, quæ parabola
significat distributionem, quam Christus facit
gratiæ suæ, vt ea recte viuamus, & negotiemur,
sicut ergo talenta pecuniæ homo ille diuisit ha-
bens rationem virtutis, & facultatis naturalis,
quam quisque ex se habebat ad negotia, sic etiam
& Christus diuisit talia gratiæ iuxta proportio-
nem naturalis virtutis vnius cuiusq; ergo secun-
dum vsum liberi arbitrij.

Respondet S. Thom. 2. 2. quæst. 24. a. 3. ad 1. nomi-
ne virtutis propriæ intelligi propriam cuiusque
dispositionem ex auxilio gratiæ Dei proceden-
tem, iuxta quam vnicuique Deus diuisit gratiam
remissionis peccatorum, & habitalem. Et for-
san hoc modo intellexit Hieronymus illum lo-
cum, quamquam non de gratia remissionis pec-
catorum, sed de aliis charismatum donis, & de
euangelica prædicatione intellexisse videtur: ver-
ba illius sunt, Vocatis Apostolis doctrinam euangelicam
tradidit, non pro largitate & pietate alteri plus, &
alteri minus tribuens, sed pro accipientium virtutibus. In-
telligit vires, non naturales tantum, sed instrudas
etiam donis gratiæ: sic enim vni dedit maius mi-
nistrium, nempe Petro, quam aliis, Alioqui si de
gratia prædestinationis, qua quisque saluatur, lo-
quamur, licet secunda aliqua gratia debeat iuxta
dispositionem recipientis, quæ ex alia gratia pro-
cessit, prima tamen omnium non datur, nec di-
tribuitur, nisi ex solo Dei beneplacito.

Verum facilius respondere possumus, si iuxta
doctrinam communem non omnia, quæ in hac
parabola facta narrantur, ad spiritalia applicen-
tur. Neque enim in parabolis singula minuatim
spiritaliter quoque intelligenda sunt, sed oportet
finem parabolæ diligenter attendere, & om-
nia, quæ illuc spectant spiritaliter explicare: nam
singula alia non possunt absque aliquo absurdo
semper spirituales sensum habere, vt ex hac ea-
dem parabola constat. Qui enim unum talentum
acceperat, & eo nihil erat lucratus, dixit. Scio quia
homo durus es, metus, vbi non seminasti, & congregas,
vbi non sparsisti: ecce habes quod tuum es. Seruus ergo
ille adhuc retinuit talentum, & domino suo in-
tegrum reddit, quamuis corpore, & ocio decten-
tus, nihil lucratus fuisset, quod in talio spiritali
lucratu

si gratia non contingit: nam & qui non negotia-
tur, dum debet, etiam taleum ipsum gratia amittit.
Parabola igitur eo tantum spectat, ut Domi-
nus sumptuos sit rationem talenti gratia Christi,
fiat ille herus a famulis exegit. De modo autem
diuidendi talenta nihil curauit Christus, sed nar-
rans parabolam, adduxit diuisionem illam, tan-
tum ut ostenderet, rationem beneficii, & gratia
accepte, iuxta mensuram ipsius esse requirendam.

Secundum testimonium est. Quos præsciuit, &
prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Vbi duci-
tur prædestinatio gratia, quæ conformes effici-
tur filio Dei, ex præscientia ortum habuisse; si-
quidem quos præsciuit, hos prædestinavit: sed
nulla præscientia potest præcedere prædestina-
tionem gratia, nisi boni usus liberi arbitrii; ergo
ex illo tanquam exordio, & dispositione aliqua
prædestinatur. Hunc sensum sequuntur Græci
Patres, quos c. 8. allegauimus, & iuxta eum con-
textus ita ordinandus est: nam quos Deus præsciuit
proprio arbitrio bene viros prædestinavit,
ut gratia sua eos iustificaret, atque vitæ sanctitatem
conformes efficiet filio suo. Ceterum hunc sen-
sum iam esse ab Ecclesia damnatum, cap. 10. & se-
quentibus huius disput. ostendimus.

Alij vero Paulum interpretantur hoc modo,
Quos præsciuit, hoc est, quibus gloriam suam dare
decreuit prius secundum rationem, quam merita
eorum præiudicaret. hos prædestinavit, ut gratia
sua conformes eos faceret filio suo, & beatitudi-
nem, ad quam erant gratia electi mererentur.
Hanc vero interpretationem eo probant, quod
Paulus serie quadam, & ordine singula enumerare
videatur, primum prædestinationem, deinde voca-
tionem, postea iustificationem, tandem glorifica-
tionem. Cum igitur hæc omnia hunc ordinem,
quo receduntur, habeant reipsa; efficitur priorem
esse prædestinationem: & cum præscientia priori
loco ponatur, consequitur illam fuisse priorem:
atque non videtur quæ alia præscientia prior esse
possit, quam glorie, ad quam omnes prædestinati
prius fuerint electi: ergo ex illo loco recte probatur,
electionem ad gloriam priorem fuisse.

Verum nullus ex probatis auctoribus, & inter-
pretibus Pauli hoc modo sensum illius explica-
uit: neque enim verbum aliquod Pauli eam vel
leuiter infirmat. Nam qui dicat, præscire apud
Paulum idem esse quod decernere ante opera,
gloriam conferre? Ad eorum vero rationem re-
spondeo: cum Paulus enumerat prædestinationem,
deinde vocationem, non ideo facit, quia
prædestinatio sit prior, vel quid distinctum à reli-
quis, sed ut ea, quæ prædestinatione continentur
sigillatim explicet. An autem præscientia sit prior
prædestinatione, pendet ex variis interpretatio-
nibus, quas infra referemus. Argumentum vero
factum nullam vim habet, si quamlibet illarum
amplectamur.

Pro explicatione itaque huius loci notandum
est, præscientiam dupliciter in Scriptura sacra vsur-
pari: primum pro scientia approbationis, quæ
idem est, atque prædestinatio, ut observauit Aug.
libro de bono persecut. capit. 18. iuxta illud. Non repulsi
Dominus plebem suam, quam præsciuit. Secundum hanc
vero acceptionem sensus est, quos Deus scientia
sua approbavit, etiam prædestinavit; non quod
prius sit præscire, quam prædestinare, idem enim
Vasquez in 1. part. Tomus 1.

est, sed sit eiusdem repetitio more. Scripturæ. De-
inde præscire in scriptura significat scientiam specu-
laturam Dei, quæ ipse nouit bona, & mala, quæ
futura sunt, & hoc modo sensus illius loci esse po-
test, quem amplectitur Ansel. & Gaier. ibid. ita ut
particula, Et, ibi capiatur, pro etiam, sicut accipit
interpretæ Cyrilli Alexand. lib. 5. in Isaiam, cap. 66. quæ
sane particula in omni expositione ita accipienda
est, alioqui sensum integrum reddere non potest.
Sensus autem est: quos Deus nouit futuros con-
formes imaginis filij sui, etiam prædestinavit
conformes fore. Hoc modo utrumque verbum
præsciuit, & prædestinavit, refertur ad illud, Conformes
fieri: tunc autem non est repetitio, sed significat
Paulus, filios Dei ita à Deo fuisse præscitos, ut
etiam fuerint prædestinati, cum alioqui multa
præsciat Deus, quæ non prædestinat, scilicet pec-
cata. Sic vero non opus est, ut præscientia sit prior
prædestinatione, sed etiam, si posterior sit, opime
dicitur, quos præsciuit, etiam prædestinavit.

Verum multo planior sensus ex præcedentibus
deduci potest. Dixerat enim supra, filios Dei ha-
redes esse regni cælestis, si tamen comparantur
Christo, ut cum eo glorificentur, quod est ipsi
conformes fieri. Deinde, ut ostenderet vim, &
meritum laborum, dixit, Diligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum: intelligit tribulationes, &
ærumnas, ut explicat Hieronymus & Ambrosius. Reddit
vero statim rationem verbis citatis, nam quos præ-
sciuit, sibi amicos & dilectos gratia sua futuros,
etiam prædestinavit ad hoc, ut paterentur, & con-
formes fieret filio suo, qui tot labores, & ærumnas
sustinuit. Quos autem ad hoc prædestinavit vocauit, &c. Hieronymus.
Quibus verbis recenset omnia media, per quæ
iplos ad hunc finem patiens pro Christo perdu-
xit: vocauit enim, deinde iustificauit, postea labo-
ribus, & ærumnis gloriosos, & magnos effecit; sic
enim legitur, Glorificauit, seu Magnificauit.

Tertium testimonium est 1. ad Tim. 1. ubi Pau-
lus de se ait. Qui blasphemus fui, & persecutor, sed mi-
sericordiam consequutus sum, quia ignorans fieri in cre-
dultate mea. Videtur ergo Paulus causam aliquam
ex parte sua assignare, ob quam misericordiam
gratiæ Dei consequutus fuerit. Respondent non-
nulli, his verbis expressisse Paulum, non causam,
ob quam à Deo prædestinatus, vel eximie vocatus
fuerit, sed conditionem, sine qua non vocaretur:
quantum vero intersit inter causam, & conditionem
sine qua non, minime explicat. Quod si ex parte no-
stra conditionem aliquam assignaremus, quæ aliquo
modo præcederet donationem primæ gratiæ ex qua
occasionem impisset Deus donandi gratiam, &
eam prædestinandi, occasionem inquam, ut huius
potius quam alterius miseretur, quod antea
Massilienses nobiscum conuenirent. Ipsi enim
inter alia ad hoc requirunt rationem, occasionem
ne aliquam ex parte prædestinati, ut tollant acce-
ptionem personarum, & non solum Dei voluntati
gratiæ distributionem assignent: quocirca ego ne-
que hoc minimum initium ex nobis, sed ex gratia
Dei esse concederem.

Fuit autem in Paulo initium hoc nihil aliud,
quam non peccasse ex malitia, non autem, peccas-
se ex ignoracione: ex quo factum est, ut ille carue-
rit aliquo impedimento, quo existente gratiam
non consequeretur. Negatio itaque maioris pec-
cati, non autem minus peccatum occasio fuit, &
causa remouens impedimentum, ut Paulus mis-
ericor-

ricordiam à Deo consequeretur, & Deus eam ipsi prædestinaret. Ideoque cum sit causa remouens impedimentum, dici non debet causa per se adhuc impetratoria, sed conditio, aut causa sine qua non, quæ meo iudicio, minus initium est, quam Massilienses contendeant: illi enim posituum aliquod initium, quod impetraret gratiam, fatebantur ex nobis; hoc autem est tantum negatio quedam impedimenti. Et quidem si tale ex nobis præcessisset, non possemus inferre gratiam nobis datam, non esse gratiam, ut contra Massilienses inferebamus ca. 14. huius disp. Neque enim hoc initium ex nobis sufficiens esset, ut gratia aliquo modo retribueretur, & amitteret rationem, & nomen gratiæ simpliciter, essetque antidotalis donatio. Nam dare alicui, qui minus peccat, gratiā, quæ alioqui non daretur, si maius peccatum haberet, non est proprie gratitudinis retributio. Nihilominus si tale ex nobis esset initium, cum Apostolo ad Roman. 9. dicere non possemus, ex eadem massā Deum fecisse aliū ex nobis vas in honorem, aliū vero vas contumeliæ, quod est absurdum. Nam qui magis peccauit, scilicet ex malitia, erat massā quædam multo minus idonea, quam ille, qui ex ignorantia peccauit. Ut ergo omnem hanc differentiam non in massam, scilicet in nos, sed in solum artificem, scilicet in Deum referamus, opus est tale initium ex nobis negare: vel quia gratiæ Dei deputare debemus, quæ cumque peccata non commisimus, cum Aug. lib. 2. confess. cap. 7. & homil. 27. in lib. 50. homil. (plures enim facilius concedunt, nullam victoriam peccati, aut tentationis nobis esse tribuendam: ut dicemus 1. 2. q. 109. art. 2. quomodo omne opus bonum morale in nobis ex gratia esse, quod an ita sit ibidem differemus) vel saltem illud initium, etiam si solum sit causa per accidens alicuius gratiæ, ipsi diuinæ gratiæ, & protectioni per Christum in omnium sententia tribuendū est; ut ex nobis æqualis sit causa nostra, antequam aliqua prædestinationis gratia in nobis incipiat.

Omniem occasionem ex nobis negat Paulus. Ad Rom. 9.

August.

10.

Postea aliquis nobis obijcere id, quod inferius disput. 23. cap. 4. ex doctrina Augusti, docebimus: nempe aliquos solo dono creationis aptiores esse, ut facilius gratiæ Dei consentiant; hinc enim fit, ut non sit eadem massā, & conspectio, ex qua Deus vnum elegit in vas honoris, aliū vero in vas contumeliæ. Respondeo cum dicit Paulus, eandem esse conspersionem, & cum nos etiam asserimus, eandem esse duritiem omnium hominum existentium in massā perditionis, antequam Deus gratia per Christum in eis aliquod operetur, aut aliqua mala in ipsis prohibeat, semper hoc intelligi de duritie, non indolis naturalis proueniente solum ex creatione (hæc enim non est causa, ut vnus vocetur, aliū autem non, ut loco citato ostendimus) sed de dispositione massæ hominum communis per bona opera, aut per minora peccata, ratione quorum dicatur, non eadem massā in omnibus, nec eodem modo infecta. Hæc enim diuersa dispositio, non tantum esset causa, ut melius in vno, quam in alio gratia operaretur, sed etiam, quare vni potius, quam alteri prima gratia daretur: esset autē vel dispositio, vel saltem causa sine qua non: dispositio quidem, quando per bona opera vnus esset melius dispositus, & ita mollior massā, ut assumeretur in vas honoris: causa vero sine qua non, quando minora ex se haberet

peccata: sic enim minus ex se haberet duritiem & impedimenti. Dicimus igitur ante gratiam Christi eandem esse massam respectu operationis propriæ, vel maculæ & peccati communis, quamuis respectu creationis non sit eadem massā, hoc est, eadem indolis dispositio.

Quantum testimonium est Augusti lib. 83. qq. 9. 147. 68. post medium, ubi sic ait: *Hic fortassis contrahatur Quæstio ad illam questionem redit, Cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Quid adhuc conqueritur: voluntati enim eius quis resistit? Cui respondet Aug. his verbis: Sed hæc voluntas Dei iussa esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis, &c. Conceditur igitur Augusti merita, quamuis occulta, propter quæ Deus vnus miseretur, & ad suam gratiam eum eligit: alterius vero non miseretur. Hoc testimonio oppressi, satus in epist. ad Rom. cap. 9. in di. 1. gressione de prædestinatione, & Antonium Cordubensem lib. 4. quest. 56. post 3. opinionem, dixerunt, eo loco sensisse quidem Augustinum id, quod postea retractauit, nimirum dari causam prædestinationis gratiæ, & reprobationis. Verum hi auctores Augusti mentem non sunt adsecuti: quoniam licet Augustin. lib. 1. de prædest. sanct. cap. 3. & 1. retractat. cap. 23. retractauerit id, quod presbyter docuerat in libr. expositionis, epist. ad Roman. nimirum merita arbitrii esse causam prædestinationis gratiæ: nusquam tamen retractauit, quod in illa q. 68. docuit: quinimo lib. 1. retractat. ca. 26. 1. optum sensum exposuit. Cum enim dixisset in illa quest. Parum est velle nisi Deus miseretur, sed Deus non miseretur, quid ad pacem vocat, nisi voluntas præserit, quia in terra pax hominibus bona voluntati; quibus verbis videbatur cum Massiliensibus concedere initium aliquod ex nobis bonæ voluntatis, & occultissima merita, ut Deus nobis miseretur, & gratiam conferat: explicauit illud hoc modo. Hæc dictum est post penitentiam: nam est misericordia Dei, iam ipsam præueniens voluntatem, quæ si non esset, non præparetur voluntas à Domino, & ad eam misericordiam pertinet ipsa vocatio, quæ etiam fidem præuenit. De qua paulo post cum agerem, dixi (scilicet in ea quest. 68.) hæc autem vocatio siue in singulis hominibus, siue in populo, atq; ipso genere humano per temporum opportunitatem operatur: & alia & profundæ ordinationis est. Sentit igitur Augusti. ex occultissimis meritis prouenire, quod alicuius miseretur Deus non prima misericordia gratiæ suæ; sed misericordia remissionis peccatorum, & aliarum gratiarum, quas deinceps post penitentiam confert: quarum multe ex occultissimis meritis impetratoriis, & cogeris procedunt, non quidem ex meritis solum arbitrii, sed prioris alicuius gratiæ. Postremum testimonium fit Bernardi in ferm. de eo, quod legitur in Job: *In fex tribulationibus, &c.* ubi ita scribit. *Quod enim in nobis minus est, ipse supplet: modicum tamen illud quodcumque nostrum est, non patitur referuari.* Quibus verbis indicare videtur nos modico quodam initio prius incipere, & deinde Deum suā gratiā illud supplere promouendo in melius. Respondet Bernardum nullo modo hoc significare voluisse, se assignasse solum discrimen inter emundationem ab originali culpa in paruulis, & actualis in adultis: quod culpa originalis in paruulis siue propria tribulatione & dolore remittitur; & ne propria tribulatione non sine propria tribulatione deletur, in qua inquit, modicum aliquid nostrum esse, & reliquum à Deo suppleri: non quidem, quia*

quia gratia Dei labori nostro, & arbitrio subiungatur, ut Massilienses dicebant, sed quia dum nos prevenit, & coniungitur nobis, condignas efficit nostras tribulationes, quæ ex nobis solum dignæ non essent. Hoc igitur modicum cooperationis nostræ est, quod Deus exigit, & quod non patitur referuare, hoc est quod non patitur, à nobis non exhiberi. Prædictum vero sensum Massiliensium non fuisse Bernardi, plane constat ex opusculo illo de gratia & libero arbitrio, ubi contra Massilienses expresse docuit, ut retulimus supra ca. 9. Hactenus de celeberrima huius materię controversia dictum sit.

DISPUTATIO XCII.

An prædestinatio gratiæ Dei sit in potestate prædestinati?

Quorundam recentiorum opinio, cap. 1.

Prædestinationem non esse in nostra potestate, verior sententia est, cap. 2.

Soluntur argumenta prioris sententia, cap. 3.

CAPUT I.

Quorundam recentiorum opinio.

EX ijs qui docent, nullam ex nobis dari causam prædestinationis nostræ, esse tamen conditionem aliquam, sine qua non esset prædestinatio, quorum sententiam commemoravi disput. præced. ca. 7. nonnulli recentiores affirmant, prædestinationem nostram in nostra esse potestate. Alij vero, qui dicunt esse in nobis conditionem, sine qua illa gratia, quæ nobis datur, non esset effectus prædestinationis, asserunt in nostra esse potestate, ut illa vocatio ad prædestinationem pertineat, non tamen, ut illa nobis conferatur, aut prædestinetur. Priores vero probant, prædestinationem in nostra esse potestate, ex illo 2. Petri 1. cap. Quapropter fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim scientes non peccabitis aliquando. Ex quo loco sic arguunt: nisi per bona opera certa fieret nostra vocatio, non esse mus prædestinati; sed in nostra potestate est per bona opera certam facere vocationem: ergo in nostra potestate est, nos esse prædestinatos. Secundo, prima vocatio non est effectus prædestinationis, nisi quatenus habet effectum: sed quod habet effectum, est in nostra potestate: ac proinde tota prædestinatio. Tercio, si id, quod recipiatur cum prædestinatione, est in nostra potestate, et ipsa prædestinatio: perseverantia autem in gratia Dei, quæ convertitur cum prædestinatione, est in nostra potestate: ergo & ipsa prædestinatio.

Eisdem rationibus posteriores Doctores probare possunt, in nostra esse potestate, vocationem aliquam non esse effectum communis providentiæ, sed ad prædestinationem pertinere: quia in nostra est potestate illam esse congruam vocationem & efficacem, quo pacto ad prædestinationem spectat. Si vero congrua, vel efficax non esset, ad communem providentiam tantum pertineret: est ergo in nostra potestate, vocationem illam esse effectum prædestinationis, licet in electione nostra non sit, ut illa nobis donetur.

Addunt postremo, potuisse Deum ad usum liberi arbitrij, quem futurum esse præsciuit, & alias circumstantias prædestinari respicere, idque decens fuisse, ut tali, vel tali modo constitueret hominem.

Vasquez in 2. part. Tomus 1.

mini opitulari: imo vero arbitrantur, hoc pacto conciliari posse Partes antiquos, qui de prædestinatione contraria videntur docuisse Græcos, nimirum Orig. Chrysost. & alios, cum August. & Latinis: ut cum asserunt Græci, nos prædestinari ex bono usu liberi arbitrij, & ex meritis illius, intelligant solum, ex nobis esse conditionem, & rationem, ob quam vocatio gratiæ ad prædestinationem pertineat, sicut explicatum est; cum vero Augustin. & alij negant, prædestinationem fuisse ex meritis, aut ex bono arbitrij usu præquisito, intelligant, nullum ex nobis fuisse initium, ut gratia nobis prædestinaretur, & donaretur, vocatio scilicet, quæ erat efficax futura; quæ duo in sententia horum Scholasticorum optime constant.

CAPUT II.

Prædestinationem non esse in nostra potestate, verior sententia est.

NO minus certum est, prædestinationem gratiæ, & ipsam primam gratiam (quod idem est) non esse in nostra potestate, quam prædestinationis, & ipsius gratiæ nullam causam, aut occasionem ex nobis præcedere. Quam doctrinam contra priores illos Doctores tantum adstruimus: nam de modo loquendi aliorum pauca deinceps dicemus. Hæc vero sententia probatur primum, quia eius, quod verè est in nostra potestate nos sumus causa, ut tradit August. 1. retractat. cap. 22. cum ait, hoc esse in nostra potestate, quod cum volumus, facimus; atque eius, quod facimus, quando volumus, nos sumus causa: ergo eius etiam, quod est in nostra potestate, nos sumus causa, ac proinde si prædestinatio, & eius effectus est in nostra potestate, sequitur nostræ prædestinationis, & totius effectus illius nos esse causam, quod est absurdum.

Deinde cum quaerimus, an detur causa prædestinationis, aut ea in nostra sit potestate, idem est, ac si quaeramus, an ex nobis sit aliqua causa totius effectus prædestinationis, vel totius, & in nostra potestate, ut disp. præced. ca. 1. notatum est. Cum igitur dicunt prædestinationem esse in nostra potestate, vel intelligunt totum effectum prædestinationis, vel complementum solum illius: si de solo complemento loquantur, hoc est, de perseverantia, & consensu nostro, quem gratiæ vocationis præbemus, non modo sumus condicio, aut causa sine qua non, quæ solum videtur causa non resistens, & per accidens, removens impedimenta, verum etiam sumus causa per se non totalis, sed partialis: quia cum ipso Deo, & gratia comitante consensum operamur. Si vero ex eo, quod complementum prædestinationis est in nostra potestate, dicere possumus eam etiam in nostra libertate esse, affirmare quoque poterimus, nos esse causam prædestinationis, vel concausam, quia etiam complementum prædestinationis vere sumus causa.

Verum, id non sufficere, ut aliquid horum dicamus, nullus est, qui neget. Omnes etiam fatentur nullam causam esse prædestinationis, nisi totius effectus sit causa, idemque de conditione, & ut dicatur esse in nostra potestate, asserendum est. Nam si ex nobis non datur causa, neque in nostra potestate situm est, ut in nobis incipiat effectus prædestinationis, nullo modo erit in nostra potestate, ut sumus prædestinati.

Ddd 3 Aut